

si tamen violenter Z. 4:

Supra eodem lege I<sup>a</sup>.<sup>1</sup>

sanctione Z. 5:

§ Ea videlicet, quam de naturalibus bonis ordinatam invenimus, ut de quinta scilicet parte donandi, cui voluerit, habeat potestatem, ut supra libro IIII. titulo V. de naturalibus bonis lege I. Unde si aliqua de hisdem bonis maritus uxori donasse contigerit, ex post facto videlicet post eius obitum usque ad predictum modum inoffitiosa manebit, ut supra libro II<sup>o</sup>. titulo V<sup>o</sup>. De scripturis valituris lege Plene<sup>2</sup>. Si vero ex aliis bonis donatio fuerit celebrata, iuxta superioris illius legis ordinem, quae super hisdem donationibus noscitur ordinata, cuncta consistent, ut supra eodem Si mulier et maritus<sup>3</sup>.

### Titulus III.

Lex 1 donata Z. 23:

§ Aliter in armis, ut infra lege proxima<sup>4</sup>.

Infra eodem lege penultima<sup>5</sup>.

consistat Z. 26:

§ In predicto scilicet casu, videlicet, *si eum relinquere voluerit vel si ei infidelis extiterit*, ut infra eodem Sicut<sup>5</sup>.

Lex 2 arma Z. 10:

specialiter hoc in armis attende, forte ob hoc, quia ad publicam, scilicet gentis et patrie, et maxime sui corporis salutem tuendam unumquemque magis arma habere lex voluit, quam ulla ratione carere.

potestate consistant Z. 11:

Secus de famulo<sup>6</sup>. Supra edicatur forte ideo, quia raro aut nunquam ex re patroni adquirere vel solet vel intelligitur<sup>7</sup>. Hic autem semper utpote super omnia constitutus. Vel dicit *Consistant*: dum et ipse apud eum consistat. At ubi eum deserere *voluerit vel ei infidelis extiterit*, similis et de ipso forma servetur.

Lex 3 medietas Z. 16:

Supra eodem lege I<sup>a</sup>.<sup>8</sup>

Lex 4 nam patronus Z. 21:

a C. De inge. ma. lege I.<sup>9</sup>

a C. quibus ad lib. pro. lege ultima<sup>10</sup>.

1) V 2, 1.

2) II 5, 10.

3) V 2, 4.

4) V 3, 2.

5) V 3, 3.

6) Vgl. V 3, 3.

7) 'intellig.'.

8) V 3, 1.

9) Cod. 7, 14, 1.

10) Cod. 7, 18, 3.